



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto methodio ep[iscop]o [et] mar. Cap[itulum]. xc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

torum eius articulos: donec ossa de corio segre garentur. Et cum in his gratias ageret: iussit eum mitti in caminum ignis ardentis. Oravit autem victor ad dominum: et ignis eum non tetigit: sed post tri dum dux ipse inlesum invenit. Tunc mandavit venena preparari: et ea in carne iniecit ei dari. Et continuo manducavit: nec aliquid mali sensit: venenarius autem acriores venenorum stimulos porrexit. Et cum comidisset iterum sanus stabat. Statimque magnus ille conversus: omnes codices suos combussit: et fide christi suscepit. Post hec iussit dux nervos corporis eius diripi: et oleum decoqui: et partibus occultioribus corporis infundi. Ac demum in equuleo suspensus et lapades ei ardentes applicavit. Que cum omnia confortata a domino superasset: fecit acetum et calcem in os eius infundit: deinde ipsum excruciat: et sic versis pedibus suspensus: donec ex eius naribus sanguis distillaret. Dimisso igitur eo tri duo in illo suspendiculo: carnifices eum mortuum existimantes accesserunt ut viderent: et statim excecari sunt. Sed orate victore: tamen ipse quod illi visum perceperunt. Fratrem autem sebastianus hoc audito mandavit eum decorari. Tunc victor vnius militis nomine stephana annorum circiter. xvi. exclamare cepit: et sanctum martyrem beatificare: viditque duas coronas ab angelis de celo deferri: et maiorem victori: minorem vero sibi dari. Et cum hec omnia coram cunctis enarrasset: et christum dominum confessa fuisset. Iussit dux arbores duas palmarum ad se inclinari: ita ut se tangerent: et in vitrisque ligari manibus ac pedibus beatam stephanam: et simul arbores ad naturalem erectionem revertentes dimitti: sicque dirupta est stephana in duas partes: et a christianis occulte sepulta. Sanctum autem victorem iussit dux decollari. Percussusque illo ex eius corpore sanguis et lac emanavit. Cuius corpus a christianis sepultum est in sarophago quod ipse sibi speraverat in civitate sua. Passi sunt autem sancti martyres. xiiii. kal. oct.

De sancto methodio episcopo et mar. Cap. xc.



Methodius

martyr presbiter olim pius lyncis episcopus et post modum Tyri fuit. quod nuntiis composuit sermonis aduersus porphyrium libros luculentos composuit. Item symposium. x. virginum. Item de resurrectione origenis opus egregium. Et aduersus eundem de phironissa: et de arte georgiorum. In genesim quoque et in canticis canticorum commentarios edidit. Et multa alia que vulgo leguntur: qui ad extremum nouissime persecutionis sub diocletiano: vel ut alij affirmant sub decio et valeriano in calcide grece martyrio vitam finivit. Cui in carcere existeri facta est revelatio plurimorum de tempore aduentus antichristi: que sanctus martyr scribere commendavit. passus est. xiiii. kal. octob.

De hieronymus de viris illustribus.

De sancto fereolo martyre.

Cap. xci.



Fereolus martyr et iulianus eius comes in aluerna nati deo in militari habitu seruebant: ut dictum est supra in passione iuliani martyris. v. kal. septembriis. Cuius autem persecutores sanctum iulianum apud aluerna decollassent: et caput eius viene ad fereolum detulissent: a crispieno consulari tali conditione missi: ut aut fereolus sacrificaret: aut similem sententiam acciperet: cum eis assentire noller: confestim in christi confessione capite cecus est. Cuius corpus una cum capite sancti iuliani in ipsa ciuitate in eodem tumulo sepultum est. xiiii. kal. octobris.

Post multos autem annos cum mamertus episcopus viennensis. corpus sancti fereoli transferre vellet: inuenit caput sancti iuliani inter manus fereoli: et vtriusque iporum ita integrum et illesum: ac si ea die fuisset sepultum.

De sancto flocello martyre.

Cap. xcii.



Flocellus

martyr puer decennis passus est apud vrbem angustudunum. tempore antonini imperatoris sub valeriano preside. Cum enim preses audisset: quod flocellus sanctos martyres in eorum passionibus confortaret: iussit eum teneri: et suspensum in equuleo

diutius flagellari. Deinde carceri vna cum leone recludi: ut ab eo deuoraretur. Orate vero puer leo subito moritur. Statimque septem lucernae cum cadelabris ei presentantur: quarum lumine tenebre carceris repelluntur. Quod audiens gentilis quidam filium suum: cecum: surdum: et mutum: ei obtulit: cui sanctus martyr confestim visum: auditum: et loquelam restituit: et ipsum cum patre ad christum conuertit. Que dum preses audisset ipse in ignem maximum extra urbem mitti fecit. Sed puer ab angelo sibi a deo patris assistere hortatus ignem ingressus est. Et continuo repestare et ibi valido ingruente ignis extinctus est. Que preses iussit lingua et palmis clauis perfigi. Et dum nihilominus christum confiteretur: stola induit: linea feris in platea exponit: et ab eis discerptus martyrio coronatur. xiiii. kal. octobris.

De sanctis ianuario episcopo et so. mar. Cap. xciii.



Ianuari

episcopus socii eius. scilicet socii et pculus diaconi: defideri lector: ac tunc et euryches passi sunt apud ciuitatem puteolanam sub persecutione diocletiani agente preside timotheo. Qui preses missus a cesare ad